



## Universitätsbibliothek Paderborn

**De Monstris Et Monstrosis, Qvam Mirabilis, Bonvs, Et  
Ivstvs, In Mvndo Administrando, Sit Devs, Monstrantibvs**

**Stengel, Georg**

**Ingolstadij, 1647**

§. 4. Murmуратрици Mariæ imitatores, quâ pœna, pœnitentiaúe digni?

[urn:nbn:de:hbz:466:1-51168](#)

autem & ipsa Mariæ murmuratio expendatur, poterit ea leuis videri; contigit enim ob Sephoram Madianitudem, & idcirco *Æthiopissam* vocatam, quæ more muliebri voluit se præferre Mariæ, eò quòd esset vxor Mosis, Mosenque suum quasi populū ducem Mariæ & Aaroni prætulisset. Itaque ut muliebris sexus imbecillis est, primum concitata Maria, deinde per hanc incitatus etiam Aaron, se erigere cœperunt, non Sephoræ tantum, sed ipsi etiam Moysi æquantes, jactitantesque, se æquè nobiles esse Prophetas, ac Moses erat. Hæc inter sanctos illos, & Mariæ illius, cui Dominus locutus fuerat, ex æmulatione orta murmuratio lepram meruit, in diuino iudicio, & septem dierum separationem,

## §. IV.

*Murmuratrixis Mariae imitatores, qua pœna  
pœnitentiæ digni?*

Quid merebitur murmuratio non iam muliebris, sed virorum, & eorum, qui se doctos, qui religiosos, qui sanctos volunt haberi, & tamen re ipsa sunt arrogantes, Theones, superiorum suorum censores, quibus se non æquant modò, sed etiam anteponunt, qui rectores suos regere, &

V 5

iudices

judices volunt judicare? hoc ipso indigni qui regant, quia regi nesciunt; sola sua estimatione idonei, aliorum judicio inepti ad gubernandum. Et videbis, non nisi vilissimos, & grandibus næuis plenos esse suorum maiorum contemtores, censores, murmuratores; siquidem superbia & ænu-

Num. 12. fatione cæci aiunt: *Num per solum Moysen locutus est Dominus? nonne & nobis similiter est locutus?* quasi Deus nesciat, quem subditum debeat facere, aut superiorem. Habet diuina illa sapientia suas iustissimas caussas, cur aliquando etiam ineptiorem sinat altius promoueri, & digniorem premi. Fortasse vult & illum sic deiici, & hunc extolli. Sicut enim valde honorificum est, si quæratur, *Cur iste non regit? Cur iste non est militiæ Dux?* *Cur iste non sedet in curia?* Ita profectò tacitè carpit, quisquis interrogat: *Cur regit iste? Isténe est militiæ Dux!* aut cum Catullo dicit:

Catull.  
ep. 53.

*Quid est, Catulle, quid moraris emori?*  
*Sella in curuli Struma Nonius sedet:*  
*Per consulatum peierat Vatinius.*

*Quid est, Catulle, quid moraris emori?*  
Ita vulgus loqui solet, vulgum tu sine suo more loqui; tu tibi sororem Moysis ante oculos

oculos pone, & Dei regimen ne inuade;  
 qui si mulieris vnicam murmurationem,  
 lepra percussit, eamque quasi infamem, &  
 non tantum fratrius aspectu, sed etiam po-  
 puli consortio indignam à castris separa-  
 uit, quid illis faciet, qui non sola arrogan-  
 tia sunt huic mulieri similes, sed etiam  
 carpunt, quidquid à superioribus fieri cer-  
 nunt; quod sanum est, sanare præsumen-  
 tes, cùm ipsis ulceribus scateant. Quibus Matth.  
 nisi Moysis soror in exemplum sufficit, le- Rader. de  
 gent apud Raderum historiam de Stylita Simplic.  
 Edesseno, qui quòd fratrem suum germa-  
 num, aurum spernentem, simplicem iudi-  
 casset contempñissetq;, eò quòd ipse idem  
 aurum prudenter, vt sibi videbatur, in vi-  
 ros Religiosos & pauperes erogasset'; ab  
 Angelo redargutus, ac à fratre suo ger-  
 mano in omnem vitam separatus, iussusq;  
 quadraginta nouem annos stare in colum-  
 na, post tam longam & duram pœnitен-  
 tiā, tandem veniam meruit, anno quin-  
 quagesimo, siue iubiléo. Tunc enim appa-  
 rents ei Angelus, peccatum remissum, eum-  
 que Dei gratiæ restitutum nunciauit. Si  
 eadem vel Mariæ poena, vel Stylitæ pœni-  
 tentia omnibus murmuratoribus nunc im-  
 pone-

v. 1. cap. 1

cap.

poneretur, neque leprosorum domus, neque columnæ sufficientes possent ædificari. Sed qui, ut pœnitentiam agant, nihil patiuntur, aut non stant in columnâ, ante Dei tribunal stabunt.

## §. V.

*Alia peccata lepram merentia, & remedia eandem sanantia.*

Id multò magis verum esset, si lepra afficiendi forent, qui vel per homicidia cum Ioab, vel per Simonias cum Giezi, vel per sacrilegia, cum rege Ozia lepra contaminari merentur. O quot cædes fiunt innocentium, quæ non candida lepra, sed purpureo sanguine notantur! Quot vestes, quot calices sacri venduntur & emuntur! quot aræ, quot templâ sacrilegè violantur! Hi omnes si impetigine, aut alopecia cooperti in certum locum forent separandi à sanis, totæ forent extruendæ pro eis ciuitates, sed sat pœnæ eos manet, si à societate ciuium supernorum separantur. Ad quam, ut è numero monstrorum exempti admittantur, Christus animarum medicus, in leprosis à se sanatis, viam monstrauit, quando decem leprosis sibi occurrentibus & dicentibus: *I E S V misere*